

Codice Diplomatico Longobardo I, 68

+ In Dei nomine. regnante piissimo domno nostro Liutprando uiro excellentissimo rege, anno regni eius uigensimo septimo, im mense ianuario, et domno nostro Hilprand rege, anno quarto, per indictione septima; feliciter. Constat me Pettu uiro deuoto filio quondam Alti de uico Uiniale ac die uendidisset et uindidi, tradedisset et de praesentem tradedi tibi Aloin uiro uenerabili presbitero aliquantula terrula iuris meis in loco qui uocitator Limite, ubi uocauo1um est Centu porche, et est plus mino scaffiliorum tre: capu uno tene in uia publica, et alio capu tene in Limite, et de latere uno tene in terra de filii quondam Alfridi, et de alio latere tene in terra Audolfi. et accepit ego Pettu da te presbitero Aloin pro ipsa terrula praetium placitum et de in fenito capitulo auri soledos numero octo; ita ut de mea Pettu uel de filii aut mei heredis exiae dominio, et in tua qui supra Aloin sit tradedi esset potestatem. et dicimus, quod fiat quo fiere non potuet, si minime defensare non potuero ego Pettu aut mei heredis tibi qui supra Aloin au tuis, reprometto adque spondeo me esset conpunere in duppla meliorata terrula, de quo agitor, sub stemationem, in aferquede loco; et cartula uenditionis in sua manea fermitatem. Et pro confirmationem cartule Teuderado amico nostro scriuere rogauit. Actum ad ecclesia Beati Sancti Petri, territorio Lucense, die, regnum et indictione suprascripta; feliciter. Signum + manus Petto uiri deuoti uenditori, qui hanc cartula uenditionis fiere rogauit. Signum + manus Alloni uiri deuoti testis. Signum + manus Mauri uiri deuoti testis. Signum + manus Uualfridi filio quondam Alfridi testi. + Ego Teuderado, quia post rouorata et tradita ante testibus ipsi octo soledos dante uidi, conpleuit et dedit.